Pſalmus.CXXXVI.in quo do
cet flere.tum pro incolatu preſētis
vite.tum pro dilatione celeſtis pa-
trie.
Propheta in perſona iuſtoꝝ pro
incolatu preſentis miſerie ait.

Super flumīa ba
bilonis ſuper bona delectabilia
huius ꝯfuſibilis mundi que more
fluminum fluunt et refluūt illic ſedimꝰ
et fleuimus videntes miſeriā in qua ſu
mus et dum recordaremur celeſtis
patrie que eſt vera terra nrē ꝓmiſſionis.
Et quia flentes ſumus inter homines
malos infructuoſos et difficiles ad trahen
dum ad rectā fidem qui ſunt In medio
babilonie.id eſt.in plenitudine confuſio-
nis ſuſpendimus ſubtraximus ſcilicet
organa noſtra.id eſt. ſcripturas diuīas
vtriuſq̄ teſtamenti et promiſſa dei annun
ciare illis tanq̄ ab indignis.ab his enī por
cis et canibus ſcripturas auertimus.
Affligimur inſuper. Quia in hoc ba-
bilonico mūdo.peccatores miniſtri demo
num qui verbo et exemplo deduxerunt
olim nos in peccatum temptantes et ir-
ridentes interrogauerunt cur non can
taremus et deduceremus dies in hoc ſecu
lo in gaudio ſicut ipſi. Et ſimiliter illi qui
adduxerunt nos ad has miſerias pre-
ceperunt dicentes irridentes.hymnum
cantate nobis de canticis que canta
batis in eccleſia ex quo vos dicitis hoc
eſſe ad laudem dei. Ita illi dicūt ſed nos
reſpondemus Quomodo cātabimuſ
canticum domini exiſtentes in terra
aliena vicijs dedita. vos non noſcitis cu
pere niſi quod fluit ī tempore eterna medi-
tari ignoratis. pleni eſtis cupiditatibꝰ ma
lis.talibus non debemus cantare.nec ami
cicias eorū habere.ne incipiamus delecta
ri in rebus ſeculi.Ceterū non cantabimus
vobis quia non petitis vt audiatis hmōi
cantica ſyon.ſed vt irrideatis et blaſpheme
tis vnde tacebimꝰ. Vir iuſtus inter ma
la poſitꝰ ait Si oblitus fuero ac ſi dicat.
quāuis malis vndiq̄ affligar et ab impijs
obprobria et irriſiones patiar.ſi tamen in
ter iſta oblitus fuero tui celeſtis hieru
ſalē vt illis complacere velim obliuiſca
tur me dextera tua.id eſt.nulla meorū
operum mentio apud deum habeatur
Adhereat lingua mea faucibꝰ meis
vt omnino mutus fiā ſi non iugiter me
moria tua verſetur in corde meo.
Propheta conuerſus ad dominū orat
vt hoſtes puniat.quaſi diceret.ego ita me
habeo.ſed o domine Memor eſto vt pu
nias in futuro iudicio maliciam iſtorū car
naliū hominum .qui iuſtis aduerſantur
ſicut eſau iacob eſt perſecutuſ.memor eſto
filiorum edom quod interpretatur ter
rena et ſanguinea.id eſt.hominum qui no
ſtrum effundunt ſanguinem et nos in appe
titum terrenorum inducere volūt. et tunc
dico memor eſto in die hierl'm.id eſt.in
die iudicij quando apparebit claritas fide
lium. Memor eſto ydumeorum filioꝝ
edom qui dicūt nō verbis ſed factis ſocijs
ſuis ſiue miniſtris cupientes totaliter eua
cuare omnem religionem et ſanctimoni-
am de eccleſia. Exinanite exinanite
id eſt.euacuate euacuate quicquid iuſticie
quicquid ſanctitatis eſt in ea confundite.
ꝯfundite eam vſq̄ ad fundamentū fi-
dei quod eſt chriſtus perimatis
Illi ita dicūt.ſed Tu ꝯgregatio maloꝝ fi
lia ꝯfuſionis miſera es in ipa exultatōe
et in ipſa ꝑſumptiōe tua beatꝰ qui retri
buet penam tibi debitam pro maliſ que fe
ciſti nobis btūs qui retinebit ciues
tuos dum ſūt paruuli ne vlterius creſcāt
et allidet eos ad petrā chriſtū vt om
nino eoꝝ cupiditates dum tenere ſunt mo
riant anteq̄ in malicia obdureſcant

Pſalmus.CXXXVII. in quo
monet ad laudandum et exaltan-
dum deum pro liberatione facta
per chriſtum.
Propheta in perſona viri iuſti
pro liberatione facta per chriſtum
ait.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Confitebor tibi
ꝯfeſſione laudis et gratiarum
actōis in toto corde meo
cū oībꝰ viribus aīe mee q̄uo audiſti ver
ba oris mei. qꝛ .ſ. miſiſti filiū tuum incar
nari vt nos erueret de ptāte dyaboli ꝺ qua
ad te clamamꝰ aſſidue ¶ In conſpectu
angeloꝝ tibi aſſiſtentiū pſallā tibi lau-
dabo te ſctōs angelos imitādo adorabo
ad templū ſctūm celeſtē .ſ. hierl'm diui-
nitatis tue maieſtatē et angeloꝝ ſociꝰ
factꝰ laudabo te. ¶ Laudabo te ſuꝑ. id ē
Propter miſcd'iam et veritatē fuit
miſcd'ia illiꝰ ꝗ nullis noſtris meritis p̄cedē
tibus venire dignatꝰ eſt ad nos redimēdoſ
veritas aūt dei fuit. q̄a oīa q̄ ꝓmiſit ī lege
et ꝓphetis adimpleuit in euangelio. lauda
bo dico quoniā magnificaſti chriſtū
tuū ſuper omne nomē qd̄ noīatꝛ ī hoc
ſeculo et in futuro. ¶ Et qꝛ ita feciſti. ergo
In quocūqꝫ tempore inuocauero te
exaudi me qd̄ ſi feceris multiplicabis
in aīa mea virtutē ꝑ quā ꝯ̄ mala igruē
tia poſſim reſiſtere. Cōfitebor tibi. ꝛ vtinā
Cōfiteantur tibi omēs reges terre
cognoſcentes te deū ꝛ dn̄m ꝛ ſaluatorē om
niū. qꝛ iam audierūt verba oris tui.
id eſt. q̄ ore tuo ꝑ filiū tuū obſeruare p̄cepi-
ſti. quia in omnem terrā exiuit ſonus eoꝝ.
¶ Confiteanꞇ dico. vt ipſi reges poſiti In
vijs p̄ceptoꝝ tuoꝝ cantent .i. annūcient
alijs dicentes quoniā magna ē glr̄a do-
mini. ¶ Et vere magna ē glr̄a dn̄i. Quo-
niā excelſus dominꝰ ſuꝑ oēs creaturaſ
eminēs et incōprehenſibilis ē maieſtatis. q̄
licꝫ ita excelſus ſit humilia tn̄ corda hoīm
reſpicit oculo miſcd'ie ſue vt exaltet et al-
ta .i. ſuꝑba corda hoīm a lōge cognoſcit
vt deꝑmat. a longe dicit deꝰ ſuꝑbos cogno
ſcere. qꝛ nō approꝑinq̄t ill' ꝑ grāꝫ ſed poten-
tia. q̄s tn̄ ꝑfecte videt. Et qꝛ iuſtis ꝯtingit tri
bulatio. deus adeſt adiutor eoꝝ. ideo ꝓpheta
in perſona viri iuſti ad deū confeſſus ait.
Si ambulauero ī medio tribulatio
nis huiꝰ ſeculi q̄ ſp̄ inſtat ſaltēꝫ a dyabolo
letificabis me liberando me a ꝑſecuto-
ribꝰ meis. et ſuper irā inimicoꝝ meo-
rūꝫ q̄ ex ira nō ex merito meo inferūt mihi
mala extendes operatōēꝫ tuā eos for
titer affligendo ne diutiꝰ liceat eis ꝯterere
me et ſaluū me facies in felicitate eter-
na. Ego nō retribuo inimicis meis. ego nō
me defendo. qꝛ nō poſſū nec debeo. ſed vin-
dictā remitto dn̄o Qui retribuet ꝑ me
penā ꝑſecutoribꝰ meis. ꝛ vir ipſe iuſtꝰ motꝰ
pietate precaꞇ ꝓ inimicis vt eis fiat miſcd'ia
dicens. o Domīe miſcd'ia tua perma
net ineternū qꝛ ſp̄ es paratꝰ recipere re-
currētes ad ipſam opera manuū tuaꝝ
id ē. ipſos hoīes q̄ dicunꞇ ſpeciale opus tuū
ne deſpicias q̄uis ſint pctōres. quia tu
eos creaſti.

¶ Pſalmus. CXXXVIII. in quo
monet a deo nō eſſe fugiendū. ſꝫ ad
eū redeundū ab irato ad placatū.
¶ Vox membroꝝ chriſti qui ſedēt
cōfitentes pctā ſua et ſurgūt iuſtifi
cati grā dī. dicit ergo vir iuſtus. D

Domine probaſti
me et cognouiſti me .i. cogno-
ſci me feciſti tu cognouiſti ſeſ-
ſionē meā .i. ꝗ in hūilitate patientiaꝫ ha-
beo ꝛ ꝯfiteor peccata mea et reſurrectio
nē meā. ſcꝫ ꝗ iuſtificatꝰ ꝑ grām reſurgo. ꝛ
in ſpe vite eterne erigor. ¶ Intellexiſti
cogitatōēs meas ab eterno et ſemi-
tam meā .i. occultū affectū meū et funi-
culū .i. iudiciū et diſcretōēꝫ quā ego habui
inter bonū et maluꝫ inueſtigaſti .i. ꝑfecte
noſti Omēs vias meas oīa opa pre-
uidiſti anteq̄ꝫ eſſem in rerū natura. et ſcis
ꝗ non eſt ſermo ſine veritate ī lingua
mea. ¶ Vere ꝓuidiſti oēs vias meas. q̄a
Ecce tu domine cognouiſti omnia
que ſunt et erūt et fuerūt q̄ntūcunqꝫ
ſint alijs abſcōdita tu formaſti me ꝓn-
cipaliter et poſuiſti ſuper me manū
tuam conſeruantem me in eſſe ¶ Quibꝰ
conſideratis domine Mirabilis ē ſciē-
tia tua. ſupergreditur me nō poſſum
ſcire ſecreta tua eleuata eſt vt in ꝓfundū
ſapientie tue non poſſim intrare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf